

breue dicatur esse futurum, non videtur posse præcisè decerni, quia circa breuitatem, cum de illâ in Iure agitur, sunt varij dicendi modi, nam & sunt qui ad annum extendant, vt in Glossa quadâ, Decreti legisse me meminisse sed melius equidè ad arbitrium est Gubernatorum ratione moderatum, & attentis causis, reuocandum. Tunc autem substitutum relinquendum, à Commendatario designandum, & à Gubernatore approbandum, ex Regiis rescriptis habetur, de quibus Dom. Solorzani *suprà* num. 39. Si quæ autem damna inde Commendatis obueniant, vt plerumque accidit, à Commendatario faciendâ: bene idem textibus & Auctoribus inductis ostendit. n. 40. & seqq. Ex quo fit quòd vtumque absentia contingat, si Commendatis aliqua irrogantur iniuriæ, pro illis compensandis Commendatarios obligari. Si inquam tales sint, quibus ipsi obuiare absolute potuissent, iuxta experientiam de talibus haberi solitam E. g. si locum tenentes grauiâ ipsi onera intulerint, eorum abstulerint terras aut bona alia iniquis prætextibus. Et cum in casibus istis Indi ad Commendatarios accedere soleant, & illi succurrere; in absentia tamen hoc penitus recitru fraudantur, & sic prædictis iniuriis expositi relinquuntur. In quo quidem euentu non videntur ad integram compensationem teneri, quia protectionis cura non ex integro ad eos spectat, sed ad Prætores: vnde ex tributo Commendatariis solui solito, portio quædam detracta est pro salario Prætorum integrandi. Sicut ergo emolumentum imminutum, ita & curæ obligatio mitigata. Pro quo videri potest Dom. Solorzani *suprà*. Cap. 24. num. 34. Nec tamen in Prætoribus ita dicendum, qui integre ad damnorum recompensationem tenentur, cum habeant plenam iustitiæ administrationem, & manum validam ad omnem iniuriam propulsandam, iuxta sæpius dicta de obligatione Magistratum, qui ex iustitiâ ad prædicta tenentur: quidquid nescio quis in re omnium consensu receptissimâ obstrepere videatur apud Dianam *Parte 8. Tract. 7. Resol. 38.*

Pro damnis in illa que restitutoria obligatio.

Ad Prætores etiam spectare.

Circa impenitentis obligatio qualis.

Benignior doctrina qualiter accipienda.

tendo Procuratore, quando per se adesse non potuit. Non enim negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis L. Non enim. D. Ex quibus causis maior. Et licet in iis, qui causâ studiorum absunt, id exceptionem patiantur, iuxta id, quod Auctor idem congerit num. 115. & seqq. id tamen in casu præsentis non est ad rem, vbi de impedimentis alterius generis disputamus.

11 Et id quidem quod de sustituto dictum est, debet fieri quando Commenda etiam à Rege tribuitur illis, quos Rex ipse esse impeditos agnoscit, vt feminis, pueris, & iis, qui in Hispaniâ degunt. Vbi quidem gratiæ tenor attendendus est, & illi standum. Si autem in formâ ordinariâ titulus concedatur, substitutus est constituendus, quod pro pueris illi faciunt, qui eorum curam gerunt, qui sicut in aliis, debent vtiliter negotium istud tractare, quod adeo est graue, & quæstuosum; si secus autem faciant, non ideo detrimentum aliquod pueri patientur, quia non potest illis negligentia, de qua nuper dictum, imputari. Dubitari autem potest an in ætate grandiori præstare iuramentum debeant. Et videtur negatiuè respondendum, cum ab eisdem non exigitur, quia cum sit onus, de cuius obligatione non constat, non debet sibi illud imponere, qui ab eo est beneficio pueritiæ reuolatus. Si autem petatur ab eo in ipsâ concessione in ætate discretionis, intelligendum de ætate, in qua possit militare, & decimum septimum annum saltem, expletum tamen, requirit: de quo Alexander ab Alexandro *Lib. 1. dierum genialium Cap. 20.* vbi & Tiraquellus: licet in hoc vires attendi oporteat: non enim omnes in ea ætate tractandis armis idonei: arbitrio est ergo gubernantium relinquendum.

De Commendatariis ad seruiendum incipit.

Iuramentum an præstare debeat qui in pueritiâ Commendam accepit.

CAPVT III.

De obligatione circa spiritualia specialius agitur.

12 EX verbis Rescripti num. 5. adducti constat Commendas institutas Paraque los Indios fuesen doctrinados en las letras de nuestra Santa Fe Carolica: pro quâ instructione cum Parochi dati sint, qui propterea Doctrinarij dicuntur, videndum restat ad quid talis se extendat obligatio. Cum enim Commendatarij in oppidis Indorum sibi commendatarum degere nequeant, non videtur quomodo talis instructio ad eos possit pertinere. Verum ex dictis num. 6. intelligi potest qualitas huius obligationis, de quâ Dom. Solorzani *Cap. 24. num. 31.* ita scribit vt si Commendatarij, Doctrinarij dictos, vel remissos & negligentes otauerint, vel improbos, & impuros, vel cupidos, & rapaces, denique regem domini leadi grauius insolentia Pastoris animaduertent: pro fide, quam suis Indis debent, ad Episcopos deserant: & quantum in ipsis fuerit ardentem agant, vt illis quam optimâ fide consultum sit. Sic vir ille pietate, & sapientiâ insignis, quibus dilucidè obligationem Commendatariorum exposuit, & modum eidem faciendi satis declarauit. Pro quo & in Politicâ pag. 477.

Quomodo possint Commendatarij instructionem Indorum vrgere.

Dom. Solorzani.

Iuxta

Et inquisitionem facere iuxta modum procedendi Parochorum.

Et inquisitionem facere iuxta modum procedendi Parochorum.

Inquisitio cur non liceat circa non laborantem infamiam.

Quando ad licitum.

Et Commendatarij queant informationem talibus iuramentis conficere, & tabellionis fide munire.

13 Iuxta hæc ergo Commendatarius tenetur grauius circa modum agendi Parochum inquirere, commendatos sibi Indos interrogando, neque expectando, vt ipsi defectus Parochorum manifestent; poterit enim accidere vt illi de hoc taceant, vel quia instrui non admodum curant, & ita neque de Pastorum incuriâ dolent, vel respectu alio timoris, aut simili. Neque tamen inquisitio talis esse debet, vt ad particularia descendat, sed generaliter de modo agendi interrogentur, aut per capita potiora: an honestè viuat, an doctrinâ incumbat, an eos ad labores compellat, & laboris pretia persoluat. Quæ quidem omnia ad spirituales curam pertinere possunt: si enim Indi à suis Parochis ad labores compellantur, eosdem inuisos habent, & ita inuiti audiunt, nec peccata illis integrè in Confessione aperiant; immo nec fidem dictis adhibent, vnde & fidei apud multos adhuc fundamenta non intacta, peruersitate Pastorum & quidem quod dicere Indi possunt, licet potest ab eisdem interrogari. Possunt autem illi cum publica apud eos sint, Pastoris vitia deferre, vnde & Commendatarius percontari: erit autem commodus inquirendi modus, si Indi de Christianâ doctrinâ interrogentur: quam si probè calleant, signum erit diligentie in Pastore, & ita quoad hoc non erit opus interrogatione. Occasione autem rectè instructionis, de qua laudari Pastor poterit, circa alia inquisitio cordata procedet: quamquam cum Indi non sit opus delicatiori scrutatione, ne scilicet intelligant de modo agendi Pastoris finistram opinionem haberi; quia non ita in illis, qui in suis oppidis habitant, discursus attollitur, vt lætio possit famæ in Pastore timeri. Propter quam rationem in Cap. Inquisitionis, de accusatoribus s. Tertio. Cauetur ne inquisitionis viâ contra aliquem procedatur qui aliqua non labore infamia; vt enim bene ait P. Lessius *Lib. 2. cap. 15. numer. 122. merito quisque possit queri sibi fieri iniuriam, si in vitam eius iuridicè inquiratur; cuius fama alioquin est integra: nam per talem inquisitionem redditur suspectus: sic ille. Quod quidem propter eandem rationem non videtur licitum; etiam si iuridica inquisitio non sit; pariter enim suspectus redditur, dum circa speciale maleficium inquisitio formatur seriâ, & vrgenti interrogatione. Quod tamen, vt dixi, circa Indos non est cur communiter timeatur. Præterquam quòd vt citatus Auctor cum Nauarro ait in Rubrica se Indiciis num. 92. inquisitio talis licet quando fit ad maleficia impedienda, & eorum occasiones tollendas, videatur num. 121. & id quidem in præsentis contingit, vt non debeat circa hoc scrupulis esse locus: ad alia vtilius deriuando, de quibus inferius.*

de etfi tabellionis fides talem informationem roborat, idem etiam dicendum, quia tabellio non est iudex, & ea etiam, quæ iudicialia non sunt, suâ potest attestatiõne firmare, vt passim accidit in testamentis, donationibus, contractibus, & aliis. An autem ad hoc possit auctoritas iudicis interponi communis quæstio est, de quâ post alios Diana *Parte 1. Pract. 2. Resol. 53. & Parte 3. Tract. 1. Resol. 52.* vbi pro vtraque parte Auctores congerit, & licet pro negatiua steterit, oppositam non iudicat esse improbabilem. Et quidem Doctores illam tenentes vt sunt, & tantæ auctoritatis, vt merito debeat satis probabilis iudicari. Pro casu autem nostro fauet apertè Soufa in Bullam Cæna disp. 95. numer. 3. vbi ait, quòd quando non est aditus ad Prælatum, qui iudicè se informare possit, de facto criminali alicuius Ecclesiastici; & in eo continuatur, & est periculum in mora, potest iudex secularis informationem facere, vt Prælato præsentet, non verò in aliis casibus. Quam doctrinam ait Diana *Resolut. 53.* valde esse notandam à iudicibus laicis. Cumque *Resol. 52. citata* similem aut potius eandem ex Riccio afferat in *praxi Tomo 4. Resol. 460. num. 5.* sic concludit: sed ego non puto recedendum esse à nostrâ sententiâ quia tales casus sunt metaphisici, & moraliter vix possunt accidere. Sic ille: cuius admonitio ad iudices laicos nullius momenti redditur, quandoquidem non est valde notandum, quòd moraliter accidere non potest. Quod ergo prius vt omnino verosimile proposuerat, postea videtur non ita probasse. Sed certè si quòd id accidat, quòd vix moraliter accidere posse pronuntiat, doctrinam talem iudicem laicum amplecti posse, videtur tandem affirmare. Quam & generalius amplectitur P. Lessius in *Resolutionibus posthumis. Verb. Index. Casu. 2.* Non esse autem moraliter improbabile in Indiis, comprobatur, & in casu de quo loquimur, passim accidit; propter distantiam enim, & alias circumstantias difficilimum sæpius est Episcopos circa modum agendi Parochorum plenius informari. Ego tamen in casibus eiusmodi contingentiâ auctor essem Commendatariis, vt minime iudicalem informationem efformarent, quæ eo ipso odiosa futura est; & penitus reiicienda; & ita opportunius erit sine auctoritate iudicio eam instrui, & cum omni securitate transmitti.

An etiam iudicis auctoritas interponi.

Diana minus conueniens asserunt.

Quid pro Indiis conuenientius.

Quod si Prælatis remedium efficax non apponant.

15 Sed quid si Prælatis remedium efficax non apponant, vt accidere potest, & vltimam non frequenter; solent enim ista visitatoribus committi, per quos nihil videtur in melius commutari; videtur equidem remedium difficile, si enim adeatur Patronus, vt Prælatum admoneat, & ille respondeat se circa ista prouisum, & in iudicio nihil contra delatum resultasse ob quòd debeat castigari: quid ultra est Patrono faciendum? Nihilominus instandum; sic enim res melius agitur, & Patronus Prælatum vrgebit, atque hic ad remedium adhibendum efficacè instantiâ compelletur. Et ad hæc quidem Commendatarius grauius obligatur, nec tutat illius esse conscientia potest, si cuiumque succumbat obstaculo. Faciendum namque ab illo, quòd absque dubio fieret, si de auferenda ipsi Commenda tractaretur: vni enim sententiæ non cederet, sed supplicaret, & in supplicatione victus, ad supremum

14 Constat ergo ex dictis Commendatarios in ordine ab bonum spirituale Indorum suæ Commendæ inquisitionem circa Parochos omnino extrajudicalem facere posse: iudicialis enim non licet ex defectu iurisdictionis, & erit illa contra Ecclesiasticam immunitatem. Non esset tamen talis, si in ordine ad informandum Episcopum aliquorum dicta scripto exciperentur, etiam si firmata iuramento: quia iudiciale non est, quòd iudicis auctoritate non fit, vt ex nomine ipso liquet, & est recepta doctrina. Vnde *Theauri Indici Tom. 1.*



mum Consilium prouocaret, nullumque non moueret lapidem, ne Commendæ emolumentis priuaretur. Cum ergo illa eo cum onere data sit, cum spiritualis totum hoc complectatur, quandoquidem extraordinarium non est, ut probat diligentia explicata pro non admitteñdâ Commendâ; fit ex eo non esse in conscientiatutum, qui cum medio frustrato desistit, videnscum oibus pariter perire Pastorem, aut cum Pastore oues, pro vitæ fontibustoxica propinante. Quod vltterius roborari potest ex obligatione defensionis, quæ non modo quolibet faciendâ est, sed vsque ad sanguinis effusionem certandum pro ea, ynde arma & equos habere debent Commendatarij, & cum illis omnibus hostiliter inuadentibus occurrere: ergo & in negotio salutis animarum pro virili etiam decertandum. Id quod ex maioritate rationis conuincitur; quod est argumentum in iure fortissimum, de quo Euerardus Loco 66. & alij apud P. Sanciam Lib. 8. de Matrim. Diss. 1. num. 21. Sicut & valet argumentum de milite corporali ad spirituale, ex iis, quæ adducit Dom. Solorzanus Lib. 2. Cap. 15. n. 13.

Ratio efficiens exemptionem diligentia ostendens.

Duplex insuper ex iure argumentum.

CAPVT IV.

Grauiamina conscientie in Commendatariis ex oneribus circa Commendatos cumulatis.

Commendatarios non posse in Commenda oppidis habitare.

Iuramentum ad id exarandâ.

Nihil ab illis exigi prater scribita posse.

16 Plurima esse illa possunt, propter quæ vitanda iussi ab oppidis abire, in quibus Commendæ sunt, & in illis nequitiam habitare. Vnde si secus faciant, ut accideret solet, eò quòd circa illas villas aut prædia habeant, aut habitatione continua, aut per maiorem anni partem, transgressores legis manifestissimi comprobantur. Ex eo præsertim quia habitatio talis in id tendit, vt seruitio Indorum in debito prorsus vtantur. Ita quidem præter iniuriam, dum violentiis opprimuntur, cum onere compensationis iuxta æstimationem laboris, videtur etiam iuramenti minimè obscura transgressio. Cum enim iurent defensores se Indos; id certè iurant, quod præcipuam Indorum tranquillitatem concernit, & ita à se non vexandos: à nullis enim magis timeri hostilitas potuit, quàm à Commendatariis ipsis, ynde circa hoc tot leges Regum Catholicorum extant, & propter duriora hæc experimenta ab oppidis exclusi, & gubernatio oblata penitus, cum Vasallorum dominis soleat eorum præfectura concedi. Paucis res ista absolui potest. Iuratur defensor: & qui vexant non defendunt; rei ergo sunt violati Sacramenti Para no desaros maltratas en sus personas y haciendas. Sic Rescriptum, de quo num. 5. Videant ergo quomodo hoc præstent, qui seruitiis addictos tenent. Si dicant se non ita cogitasse, cum iurauerunt: non erunt quidem iuramenti rei in foro animæ, secus in exteriori, quia lex ad huiusmodi defensionem, vti ad præcipuam, vult dirigi iuramentum, & poterunt vt violatores eiusdem puniri Commendæ priuatione, vt in Rescripto citato habetur expressum.

17. Siue ergo in oppidis Commendæ sint, in vrbibus vicinis idem prorsus cauendum est, ne scilicet indebitis seruitiis vrgeantur: id pro

certo statuendo, Commendatos nihil præter tributa debere, & ita ad seruitium nullum personale posse compelli: nec plus iuris erga illos habere, quàm erga Æthiopes nondum emptos, Hispanos, Italos, aut Germanos. Quo certissimo fundamento, vt iniquum, & compensationi pecuniariæ obnoxium, seu alterius æquivalentis generis, reputandum est quidquid eidem videatur aduersari; vt non sit opus ad singulares seruitij modos descendisse, & ita vno generali Rescripto prohibiti, de quo Dom. Solorzanus Cap. 24. num. 101. licet plura sint quæ de peculiaribus agant apud eundem. num. 103. Sunt ergo Indi velut censuarij, à quibus præter redditus nihil exigi potest; aut sicut Emphytheutæ ad solam obligati pensionem: aut secus tributarij Regis, à quibus nihil præter tributum exigitur, nisi forte commune bonum speciale quiddam postulet; quod est omnibus commune, & ita ad id compellere ad solam supremam eius spectat potestatem. Non dicant ergo Commendatarij Indos esse suos: sui enim non sunt; sicut neque Regis sunt; vt non sunt ij, qui in Hispaniâ, aut in aliis Coronæ regnis tributa pendunt: homo enim liber nullus est, & hoc est esse liberum; sunt autem Indi liberi iure plenissimæ libertatis, de quo Tir. 1. num. 99. & seqq. & ita sui iuris, & consequenter non alterius, iuxta §. Liberorum. Instituta. Insit. de verb. significat ibi: Liberorum appellatione continentur, non tantum qui sunt in potestate, sed omnes qui sui iuris sunt.

Quibus similes

Pleno gaudent iure libertatis.

Instituta.

Regium Rescriptum grauius obligans ne ad Parochias Indorum Commendatariorum cognati præsententur.

18 Ad præcauendum autem omne Indos vexandi periculum, Regis Philippi Secundi piissimo sanè Rescripto dispositum vt nullo pacto ad Parochias Indorum præsententur Clerici aut Religiosi Commendatariorum cognati. 28. Maij 1597. quod nescio an penitus obseruetur. Videtur autem grauis esse obligatio, quia experientia docet ex huiusmodi concursu nihil fauorabile Commendatis posse resultare. Quidquid ergo pro obligatione graui legum afferri à Doctoribus solet, hic profectò locum obtinet, de quo dictum aliquoties, sed præsertim Tir. 2. n. 3. & quod ad quemcumque gradum cognationis spectat, de quo in Rescripto, non ita accipiendum est, vt de eo delicatior debeat inquisitio fieri, sed videndum an dicti vt cognatos iugerant; eo enim ipso discludendi & licet in aliquo ob morum integritatem ratio videatur prohibitionis cessare, nihilominus debet illa seruari, quia semper est periculum, & sanguis, iuxta vulgare prouerbium, de quo & alibi, sine igne feruet. Et vt verè periculum absit, est tamen periculum faciendi in posterum contra legem ob præmissum exemplar, & quilibet se æquè bonum Indorum zelatorem esse contendit; estque sanè difficile ac valde odiosum, morum discrimina explorare; cum debeat id stare fixum nemini, nisi morum integritate conspicuo, Beneficium esse Indicum conferendum: Nequit ergo dici cessare penitus in hoc aut illo rationem legis, quando nec cessat periculum dictum, nec potest Patronus morum discrimina comprobare. Quæ quidem doctrina grauium est Scriptorum, qui varia exempla ad probationem inducunt, vt videri potest apud P. Palauum Tomo 1. Tract. 3. Puncto 14. n. 13. de quo & dictum. Tir. 5. n. 15. & Tir. 7. n. 18.

CAPVT V.

Circa modum restitutionis à Commendatariis seruandum, vbi & pro alijs, respectu Indorum.

Modus idè restitutionis qui & Prætoribus.

An factio ad restitutionem Indis, ad ebrietates abusuaria.

Modus grauius restituendus.

D. Thom.

Stipendia India ob nationem prædictam non neganda.

Restitutio an fieri possit alendo prædicationem.

1. Cor. 9. v. 11.

19 Pro damnis & iniurijs, de quibus supra, compensationem adhibendam, indubitatum est, pro quâ philosophandum sicut de Prætoribus, iuxta dicta Titul. præcedenti, Cap. 3. quando similia damna sunt. In eo autem quòd num. 18. propositum, quando ignorantur ij, quibus damna sunt illata, alia videtur esse ratio, quia Commendatariis notiores Indi suæ Commendæ sunt, & facilius possunt damna eisdem illata compensare. Si tamen aliquando tale quid accidat, eo sanè modo res disponi possunt. Est autem dubitabile an id, quod Indis debetur, etiam si noti illi sint, possit non solui, eò quòd illud sint suis in ebrietatibus consumpturi, & quomodo faciendâ restitutio. Circa quod dicendum est, si apertè constet de ebrietate futura, restitutionem opportuno tempore referendam. Sic Dom. Solorzanus Lib. 2. Cap. 24. num. 115. vbi ait sic resoluere D. Thomam 2. 2. q. 62. art. 5. & 8. & 1. 2. q. 66. art. 4. & 2. 2. q. 31. & 3. q. 68. art. 5. quæ citationes tumultuariè congestæ: nam S. Doctor solum, 2. 2. q. 62. art. 5. ad 1. punctum attigit, de quo alibi nec verbum. Citato ergo loco in Corpore optimè circa hoc philosophatur: Quòd quando res restituenda apparet grauius esse nocuaci, cui restitutio faciendâ est, vel alteri, non debet ei tunc restitui; quia restitutio ordinatur ad vtilitatem eius, cui restituitur. Omnia enim quæ possidentur, sub ratione vtilis cadunt; nec tamen debet ille, qui deseruet rem alienam sibi appropriare, sed vel referuare vt congruo tempore restituat, vel etiam alibi tradere tutius seruandam. Sic ille. Quæ ergo Indis debentur, si ebrietas ex solutione fouenda sit, & verosimile id prorsus appareat, commodiori sunt temporis referendas quod si commodum tempus non occurrat, id fieri potest, quòd Titul. præced. num. 18. dictum, vt in alimenta, vestes, vel vtilia alia conuertantur. Nullo autem modo ob solam ebrietatis suspensionem stipendia laboris neganda sunt, aliàs vix vllum illis dominium circa stipendia relinquatur, cum tamen liberi homines sint, & nullibi ob consuetudinem ebrietatis, solent laborantibus stipendia, numeratâ pecuniâ, denegari. Et quidem, si denegarentur, magnum inde bono publico damnum obueneret, non enim essent qui laborare vellent, cum scirent se laboris sui debitâ, mercede fraudandos.

20 Quando autem certi creditores sunt, dubitatum est ab aliquibus an possit restitutio fieri per prædicationem; quia illi circa doctrinam Christianam instrui opus habent, & pro Prædicatore habendo tenentur facere expensas, vt spiritualia seminantes, carnalia metant, iuxta doctrinam D. Pauli 1. Cor. 9. v. 11. Si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est, si vos carnalia vestra metamus? Quam quæstionem versat Ferdinandus Zurita in quæstionibus Theologicis circa Indos, quæst. 7. & negatiuè resoluit, estque communi Theologorû confessione receptum, qui restitutio-

nem rei temporalis temporalis compensatione faciendam esse determinans, aliàs enormes iniustitiæ possent committi, quia restitutio facillima est, vna enim saluatio Angelica pretiosior est omnibus Cræsi thesauris, & vna Missa id etiam habet incomparabiliter; circa illud ergo nequit generaliter dubitari. Et idem dicendum etiam in casu proposito, quando scilicet instructio circa Christianam doctrinam factis esset expensis procuranda: quia de tali Indorum voluntate non constat, ad quam ex iustitiâ non tenentur; sicut neque Prædicatorem voluntarium alere: quidquid de alio genere obligationis sit. Parochorum autem sustentatio ex pacto obligat, & ita ex iustitiâ, quemadmodum, & Parochi ex iustitiâ ad prædicationem, & aliorum ministeriorum exercitium obligantur. Circa hoc ergo nulla debet esse dubitatio, neque vano hoc prætextu substantiolis suis miscelli isti fraudari.

Negatiua resolutio ob generalem doctrinam de compensatione in vniuersum generis.

21. Si verò ignoti sint ij, quibus faciendâ restitutio, post diligentiam, quæ verè talis dici possit, adhibitam, existimat præfatus Auctor Proposit. 2. posse per prædicationem debito satisfieri ex doctrinâ D. Thomæ 2. 2. q. 69. art. 5. ad 3. vbi ait quòd cum omnino est ignotus is, cui debet fieri restitutio, debet homo restituere secundum quod potest, scilicet dando in eleemosynas pro salute ipsius, siue sit mortuus siue sit viuus. Ex quâ S. Doctoris, quæ & aliorum est communis doctrina, videtur colligi per prædicationem posse fieri restitutionem, quia prædicatione quando ad ignorantes dirigitur, genus eleemosynæ spiritualis est, & ita inter opera misericordie spiritualia numeratur instructio ignorantum: quæ quidem pro salute eius offerri Deo potest, cui erat restitutio faciendâ: si præsertim in eo oppido fiat, cuius ille erat incolæ. Sic enim etiam ad propinquos potest fructus peruenire. Sed certè D. Thomas de spirituali eleemosynâ non loquitur, sed de corporali, quæ tamen in spirituale bonum domini ignoti redundat, vt patet ex illis verbis iam allatis. Scilicet dando in eleemosynas pro salute ipsius. Estque id iuxta communem doctrinam de quâ nuper, iuxta quam restitutio in bonis spiritualibus non admittitur, quando corporalia suppeditant: si autem debitor sit pauper, ea posse sibi retinere, multorum sententia est, pro quâ videri potest P. Fagundez Tomo 2. in Decalogum, lib. 7. cap. 22. num. 17. vbi eandem approbat, addens tamen de Consilio confessarij debere id fieri, vt rectè fiat, quia nemo suæ paupertatis rectus iudex esse potest. Sed certè nullus melior iudex esse videtur, quàm qui in se ipso incommoda paupertatis experitur, vt dicere meritò cum Ieremiâ possit Tren. 3. v. 1. Ego vir videns paupertatem meam. Hac ergo stante opinione, si is qui Indis debet pauper sit, non tenetur prædicatione debitum compensare; quòd si necessitas illius vrgeat ob ignorantiam illorum, quæ aliunde suppleri nequeat, id certè non ex iustitiâ, sed ex charitate proueniet, & ita nihil refert ad negotium restitutionis. Erit autem vtilis, & laudabilis ille respectus in eo qui propter ipsum voluerit operari.

Quod si resuoi sint creditores. Vbi ententia affirmatiua.

Doctrinam D. Thomæ pro illis non facere.

Posse restituere, qui pauper est.

Notanda pro casu proposito doctrina.